

sputat de prædiis uendūdis & m̄cipiis: & an uitia debeat uēditor ap̄ire emptori: & quid præ
stari debeat: quis sit uir bonus. Nec esse utile alicui occupare patriā: ubi cæsarē taxat. Inde po
nit nonnullas quæstiones Hæcatonis stoici: quæ Panetius erudiuit & controuersias: quæ sūt
in iure stoicorū: & quo tēpore p̄missa seruāda non sint. Quæ oīs disputatio ad iusticiā & pru
dētiā p̄tinet quæ altera sēper est utilis: alterā malitia imitatur. Inde agit de fortitudie: ostē
dens nihil esse utile: quod fortē unū & magnū dedecet: & ponit exemplū Vlyxis Reguli: &
aliorum qui magno animo
mortem potius oppetere uo
luerunt: q̄ amittere laudem
fortitudinis & animi inuicti
Postremo disputat de tēpe
ratiā: docēs nihil esse utile:
quod tēperantiæ contrariū

annum iam audientem Cratippum: idque Athenis abū
dare oportet præceptis institutisque philosophiæ pro
pter summam et doctoris auctoritatem: et urbis quorū

fit: & sic dānat illos qui in uoluptate summum bonum posuerunt: contra quos quia magni
nominis erant: dicit se uelle uti uelis & equis: id est totis uiribus ut persuadeat: nihil eē uti
le quod non sit honestum. Inde ip̄onens operi quasi fastigium & extremā manum: filiū al
loquitur. Quamq̄ te marce fili: Sensus est quīs te oporteat & pene necessarium sit: quoniā
sine reprehensione aliter facere non posses abundare iam præceptis philosophiæ propter
omnium de te expectationem: cum audias Cratippum eminentissimum philosophum &
sis apud Athenas omnium bonarum artium & disciplinarum inuentrices: & ubi exēpla tot
clarorum uirorum te appellant: hortantur: prouocāt, tamen puto utile tibi esse coniungerē
græca cum latinis: & mea scripta legere: quæ ad tuam eruditionem instituta sunt: puto inq̄t
cum iam annum audiueris Cratippum te græcis litteris eruditum eē: & imbutum philoso
phicis præceptis: ut alia desiderare quasi non sit opus: cum bibas ad uberrimū philosophiæ
fontē: tamē hæc mea præcepta conducere tibi arbitror: cū propter philosophiam ipsam: tū
propter latini eloqui nitorem. Lege igitur latina: ut æque doctus sis in utraque lingua: &
sic his circumstantiis imponit filio quasi necessitatem percipiendi optime philosophiam:
cum eo sit profectus: ut si aliter fecerit intelligat se præter opinionem patris tā conceptam
& aliorum expectationem facere quod turpissimum est. Ideo filiū exēplo hortatur suo Tul
lius: qui latini eloqui maximus auctor habetur: & qui non solum græcorum: sed etiā latio
rum ad suam utilitatem monumenta euoluerat: ut eius ingenio nihil deesset oīum capaci:
quæ cælo continentur: quāq̄ tam&si coniunguntur eū idicatio: ut quāq̄ oportet: non autē
quāq̄ oporteat: sed dicimus cū oporteat: & quīs oporteat. • Idque Athenis: addit circūstan
tiam loci: id est audis Cratippum & præsertim Athenis: ubi oēs disciplinæ florēt. • Oportet:
quasi necesse est & debes: si ab officio discedere non uis: & si cupis iusta reprehensione carere
c. Præceptis: præceptū & præceptio idē sunt: & dicitur præceptū quasi regula quādā bene
uiuendi & documentū traditum ad aliquā artem p̄cipiendā. Hæc philosophia quæ ē de mo
ribus: duas hēt partes: dogmata & præcepta: quibus ad id quod ex dogmate constitutū ē diri
gimur: id est ad ipsum finē quē non uno modo philosophi constituerūt. Ideo uaria erāt
dogmata: quæ ut Seneca interpretatur li. xv. epistolarū: nos uicicia dicitur: uel scita: uel pla
cita: & opus est tenere dogma: inde ad illud tāquam ad signū officia dirigere: quæ cadūt sub
præceptis. Hæc dogmata Cicero instituta appellat: de quibus agit in libris de finibus: i qui
bus uaria affert dogmata & opiniones de summo bono. In hoc opere de dogmate agit & præ
ceptis. Nam confutatis opinionibus nonnullarū disciplinarum constituit finem in uirtute
ex dogmate stoicorū: academicorū: & pipateticorū: Et alibi ubi dicit honestum eē solum aut
sumum bonū: hæc enim pars ad dogma p̄tinet: quod in se continet finem: præcepta uero ad
finē tendunt: itaque Aristoteles de moribus præcepta traditurus i primo li. ethicorū de dog
mate agit: constituēs sumum bonum i operatione anīe p̄ uirtutē i uita p̄fecta. Vtrāque igit̄
partē Cicero tetigit: quæ necessariae sunt illi: qui uult i philosophia institui: & ad imaginē p̄
fectā effingi. Nā si finē ignorabit: quo se dirigat: non hēbit. • Instituta etiā sunt boni mo
res & domesticæ disciplinæ: quæ lris non mandant: sed obseruant cōi opinione bonorū ui
rorū p̄ quādā consuetudinē. Vnde dicit̄ philosophia moralis: quæ posita ē in consuetudie. Nā
assuefaciendo nos studiosis actionibus & institutis: consequimur hitum uirtutis: quē dū ex
colimus foelicitatem humanā consequimur: quæ a nobis non possidetur: sed ē in actione stu
dioia. Omne institutū ē præceptū: sed non continuo oē præceptum est institutum: nam pos
sunt aliqua præcepta esse: quæ non seruantur communi opinione & consensu bonorum &
possunt etiam præcipi ea quæ agenda non sunt. Sed ipsa uera philosophia nihil præcipit
quod agendum non sit. Sed quidam philosophantes: & ut uerius loquar philosophastri: q̄
peccant in constituendo fine bonorum: ea præcipiunt quæ non sunt instituta. institutio
nes uero sunt principia & dispositiones ad aliquam scientiam: ut institutiones iustiniani